



Oxford Cambridge and RSA

Wednesday 13 October 2021 – Morning

A Level Latin

H443/03 Prose Literature

Time allowed: 2 hours



You must have:

- the OCR 12-page Answer Booklet

Do not use:

- a dictionary

INSTRUCTIONS

- Use black ink.
- Write your answer to each question in the Answer Booklet. The question numbers must be clearly shown.
- Fill in the boxes on the front of the Answer Booklet.
- Answer **one** question in Section A, **one** question in Section B and **one** question in Section C.

INFORMATION

- The total mark for this paper is **75**.
- The marks for each question are shown in brackets [].
- Quality of extended response will be assessed in questions marked with an asterisk (*).
- This document has **12** pages.

ADVICE

- Read each question carefully before you start your answer.

Section A

Answer **one** question from this section.

- 1** Read the following passages and answer the questions.

C. Caesari ex Hispania redeunti obviam longissime processisti. celeriter isti, redisti, ut cognosceret te si minus fortem, at tamen strenuum. factus es ei rursus nescio quo modo familiaris. habebat hoc omnino Caesar: quem plane perditum aere alieno egentemque, si eundem nequam hominem audacemque cognorat, hunc in familiaritatem libentissime recipiebat.

5

his igitur rebus praeclare commendatus iussus es renuntiari consul et quidem cum ipso. nihil queror de Dolabella qui tum est impulsus, inductus, elusus. qua in re quanta fuerit uterque vestrum perfidia in Dolabellam, quis ignorat? ille induxit ut peteret, promissum et receptum intervertit ad seque transtulit; tu eius perfidiae voluntatem tuam ascripsisti. veniunt Kalendae Ianuariae; cogimur in senatum: invictus est copiosius multo in istum et paratus Dolabella quam nunc ego.

10

Cicero, *Philippic II*.78–79

- (a) C. Caesari ... strenuum (lines 1–2): what did Antony do which, according to Cicero, showed how energetic he was? [2]
- (b) habebat ... recipiebat (lines 3–5): how does Cicero suggest Caesar chose men to be his friends? [2]
- (c) Translate *his igitur rebus ... quis ignorat* (lines 6–8). [5]
- (d) ille induxit ... transtulit (lines 8–9): how, according to Cicero, was Dolabella treated badly by Caesar? [2]
- (e) veniunt ... nunc ego (lines 10–11): what did Dolabella do in the senate? [1]

sed ne forte ex multis rebus gestis M. Antoni rem unam pulcherrimam transiliat oratio,
ad Lupercalia veniamus.

non dissimulat, patres conscripti: apparet esse commotum; sudat, pallet. quidlibet,
modo ne nauseet, faciat quod in porticu Minucia fecit. quae potest esse turpidinis
tantae defensio? cupio audire, ut videam ubi rhetoris sit tanta merces, ubi campus
Leontinus appareat. 5

sedebat in rostris conlega tuus amictus toga purpurea, in sella aurea, coronatus.
escendis, accedis ad sellam — ita eras Lupercus ut te consulem esse meminisse
deberes — diadema ostendis. gemitus toto foro. unde diadema? non enim abiectum
sustuleras, sed attuleras domo meditatum et cogitatum scelus. tu diadema imponebas
cum plangore populi; ille cum plausu reiciebat. tu ergo unus, scelerate, inventus es qui
cum auctor regni esses, eumque quem conlegam habebas dominum habere velles,
idem temptares quid populus Romanus ferre et pati posset. 10

Cicero, *Philippic* II.84–85

(f)* How does Cicero make this passage dramatic?

You should refer **both** to the content **and** to the language of the passage.

[15]

- 2 Read the following passages and answer the questions.

sed Galba post nuntios Germanicae seditionis, quamquam nihil adhuc de Vitellio certum, anxius quonam exercitum vis erumperet, ne urbano quidem militi confisus, quod remedium unicum rebatur, comitia imperii transigit; adhibitoque super Vinium ac Laconem Mario Celso consule designato ac Duxenio Gemino praefecto urbis, pauca praefatus de sua senectute, Pisonem Licinianum accersiri iubet, seu propria electione sive, ut quidam crediderunt, Lacone instante, cui apud Rubellium Plautum exercita cum Pisone amicitia; sed callide ut ignotum fovebat, et prospera de Pisone fama consilio eius fidem addiderat. Piso M. Crasso et Scribonia genitus, nobilis utrimque, vultu habituque moris antiqui et aestimatione recta severus, deterius interpretantibus tristior habebatur: ea pars morum eius quo suspectior sollicitis adoptanti placebat. 10

Tacitus, *Histories I.14*

- (a) *sed Galba ... transigit* (lines 1–3): what worries weighed on Galba's mind? [3]
- (b) Translate *pauca praefatus ... addiderat* (lines 4–8). [5]
- (c) *Piso M. Crasso ... placebat* (lines 8–10): what differing opinions about Piso does Tacitus present? [4]

quartum idus Ianuarias, foedum imbribus diem, tonitrua et fulgura et caelestes minae ultra solitum turbaverunt. observatum id antiquitus comitiis dirimendis non terruit Galbam quo minus in castra pergeret, contemptorem talium ut fortitorum; seu quae fato manent, quamvis significata, non vitantur. apud frequentem militum contionem imperatoria brevitate adoptari a se Pisonem exemplo divi Augusti et more militari, quo vir virum legeret, pronuntiat. ac ne dissimulata seditio in maius crederetur, 5 ultro adseverat quartam et duoeticensimam legiones, paucis seditionis auctoribus, non ultra verba ac voces errasse et brevi in officio fore. nec ullum orationi aut lenocinium addit aut pretium. tribuni tamen centurionesque et proximi militum grata auditu respondent: per ceteros maestitia ac silentium, tamquam usurpatam etiam in pace donativi necessitatem bello perdidissent. constat potuisse conciliari animos quantulacumque parci senis liberalitate: nocuit antiquus rigor et nimia severitas, cui iam pares non sumus.

10

10

Tacitus, *Histories* I.18

(d)* How does Tacitus make this a striking passage?

You should refer **both** to the content **and** to the language of the passage.

[15]

Section B

Answer **one** question from this section.

- 3** Read the following passages and answer the questions.

o praeclaram illam percursionem tuam mense Aprili atque Maio, tum cum etiam Capuam coloniam deducere conatus es! quem ad modum illinc abieris vel potius paene non abieris scimus.

cui tu urbi minitaris. utinam conere, ut aliquando illud ‘paene’ tollatur! at quam nobilis est tua illa peregrinatio! quid prandiorum apparatus, quid furiosam vinulentiam tuam proferam? tua ista detrimenta sunt, illa nostra: agrum Campanum, qui cum de vectigalibus eximebatur ut militibus daretur, tamen infligi magnum rei publicae vulnus putabamus, hunc tu compransoribus tuis et conlusoribus dividebas. mimos dico et mimas, patres conscripti, in agro Campano collocatos. quid iam querar de agro Leontino? quoniam quidem hae quondam arationes Campana et Leontina in populi Romani patrimonio grandiferae et fructuosae ferebantur. medico tria milia iugerum: quid, si te sanasset? rhetori duo; quid, si te disertum facere potuisset?

5

10

Cicero, *Philippic* II.100–101

- (a)*** How does Cicero make this passage a savage attack on Antony?

You should refer **both** to the content **and** to the language of the passage.

[15]

quaeris placeatne mihi pulvinar esse, fastigium, flaminem. mihi vero nihil istorum placet sed tu qui acta Caesaris defendis quid potes dicere cur alia defendas, alia non cures? nisi forte vis fateri te omnia quaestu tuo, non illius dignitate metiri. quid ad haec tandem? exspecto enim eloquentiam. disertissimum cognovi avum tuum, at te etiam apertiores in dicendo. ille numquam nudus est contionatus; tuum hominis simplicis pectus vidimus. respondebisne ad haec, aut omnino hiscere audebis? ecquid reperies ex tam longa oratione mea cui te respondere posse confidas?

sed praeterita omittamus: hunc unum diem, unum, inquam, hodiernum diem, hoc punctum temporis, quo loquor, defende, si potes. cur armatorum corona senatus saeptus est, cur me tui satellites cum gladiis audiunt, cur valvae Concordiae non patent, cur homines omnium gentium maxime barbaros, Ituraeos, cum sagittis ducis in forum?

5

10

Cicero, *Philippic II*.111–112

- (b) Translate *quaeris ... metiri* (lines 1–3). [5]
- (c) *exspecto ... vidimus* (lines 4–6): how is Cicero being humorous? [4]
- (d) *hunc unum ... in forum* (lines 8–12): how does Cicero suggest that Antony is a threat? [4]

- 4 Read the following passages and answer the questions.

festinandum ceteris videbatur antequam cresceret invalida adhuc coniuratio paucorum: trepidaturum etiam Othonem, qui furtim digressus, ad ignaros inlatus, cunctatione nunc et segnitia terentium tempus imitari principem discat. non expectandum ut compositis castris forum invadat et prospectante Galba Capitolium adeat, dum egregius imperator cum fortibus amicis ianua ac limine tenus domum cludit, obsidionem nimirum toleraturus. et praclarum in servis auxilium si consensus tantae multitudinis et, quae plurimum valet, prima indignatio elanguescat. proinde intuta quae indecora; vel si cadere necesse sit, occurrentum discrimini: id Othoni invidiosius et ipsis honestum. repugnantem huic sententiae Vinium Laco minaciter invasit, stimulante Icelo privati odii pertinacia in publicum exitium. nec diutius Galba cunctatus speciosiora suadentibus accessit. 5 10

Tacitus, *Histories* I.33–34

- (a) *festinandum ... adeat* (lines 1–4): what arguments were made to Galba urging him to act quickly? [4]
- (b) *dum egregius ... elanguescat* (lines 4–7): from these words, give **four** examples of sarcasm. [4]
- (c) Translate *proinde ... accessit* (lines 7–11). [5]

insignem illa die virum Sempronium Densum aetas nostra vidit. centurio is praetoriae cohortis, a Galba custodiae Pisonis additus, stricto pugione occurrens armatis et scelus exprobrans ac modo manu modo voce vertendo in se percussores quamquam vulnerato Pisoni effugium dedit. Piso in aedem Vestae pervasit, exceptusque misericordia publici servi et contubernio eius abditus non religione nec caerimoniis sed latebra inminens exitium differebat, cum advenere missu Othonis nominatim in caedem eius ardentis Sulpicius Florus e Britannicis cohortibus, nuper a Galba civitate donatus, et Statius Murcus speculator, a quibus protractus Piso in foribus templi trucidatur.

5

nullam caedem Otho maiore laetitia exceperisse, nullum caput tam insatiabilibus oculis perlustrasse dicitur, seu tum primum levata omni sollicitudine mens vacare gaudio cooperat, seu recordatio maiestatis in Galba, amicitiae in Tito Vinio quamvis immitem animum imagine tristi confuderat, Pisonis ut inimici et aemuli caede laetari ius fasque credebat.

10

Tacitus, *Histories* I.43–44

(d)* In this passage, how does Tacitus create a vivid account of the events surrounding Piso's murder?

You should refer **both** to the content **and** to the language of the passage.

[15]

- 5 Read the following passages and answer the questions.

'tu quidem felix et ipsa tanti mali ignorantia beata, sedes incuriosa periculi tui; nos autem, quae pervigili cura rebus tuis excubamus, cladibus tuis misere cruciamur. pro vero namque comperimus nec te, sociae scilicet doloris casusque tui, celare possumus immanem colubrum multinodis voluminibus serpentem, veneno noxio colla sanguinantem hiantemque ingluvie profunda, tecum noctibus latenter acquiescere. nunc recordare sortis Pythicae, quae te trucis bestiae nuptiis destinatam esse clamavit: et multi coloni, quique circumsecus venantur, et accolae plurimi viderunt eum vespera redeuntem e pastu proximique fluminis vadis innatantem.' 5

nec diu blandis alimoniarum obsequiis te saginaturum omnes affirmant, sed cum primum praegnationem tuam plenus maturaverit uterus, opimiore fructu praeditam devoraturum. ad haec iam tua est existimatio, utrum sororibus pro tua cara salute sollicitis assentiri velis et declinata morte nobiscum secura periculi vivere, an saevissimae bestiae sepeliri visceribus.'

Apuleius, *Metamorphoses* V.17–18

(a)* In this passage, how does Apuleius make the sisters' appeal to Psyche persuasive?

You should refer **both** to the content **and** to the language of the passage.

[15]

sic ignara Psyche sponte in Amoris incidit amorem. tunc magis magisque cupidine
 fraglans Cupidinis prona in eum efflictim inhians patulis ac petulantibus saviis
 festinanter ingestis de somni mensura metuebat. sed dum bono tanto percita saucia
 mente fluctuat, lucerna illa, sive perfidia pessima sive invidia noxia sive quod tale
 corpus contingere et quasi basiare et ipsa gestiebat, evomuit de summa luminis sui
 stillam ferventis olei super umerum dei dexterum. hem audax et temeraria lucerna et
 amoris vile ministerium, ipsum ignis totius deum aduris, cum te scilicet amator aliquis,
 ut diutius cupitis etiam nocte potiretur, primus invenerit. sic inustus exiluit deus visaque
 detectae fidei colluvie prorsus ex osculis et manibus infelicissimae coniugis tacitus
 avolavit.

5

10

Apuleius, *Metamorphoses* V.23

- (b) *sic ignara ... Cupidinis* (lines 1–2): explain **three** ways in which Apuleius plays on words here. [3]
- (c) Translate *sed dum ... dexterum* (lines 3–6). [5]
- (d) In lines 6–8 (*hem audax ... invenerit*), what criticisms does the speaker make of the lamp? [4]
- (e) *sic inustus ... avolavit* (lines 8–10): why did Cupid fly away from Psyche? [1]

Section C

Answer **one** question from this section.

In your response you are expected to draw, where relevant, on material from those parts of the text that you have studied in English, as well as those parts you have read in Latin.

- 6*** ‘Cicero is so driven by his emotions that he offers no reasoned arguments.’

To what extent do you agree with this assessment of Cicero in *Philippic II*?

[20]

- 7*** Is the picture of events given in *Histories I* entirely negative?

[20]

- 8*** ‘The story is all about the conflict between reason and the emotions.’

Explain how true this is of the story of Cupid and Psyche in Apuleius’ *Metamorphoses*.

[20]

END OF QUESTION PAPER



Oxford Cambridge and RSA

Copyright Information

OCR is committed to seeking permission to reproduce all third-party content that it uses in its assessment materials. OCR has attempted to identify and contact all copyright holders whose work is used in this paper. To avoid the issue of disclosure of answer-related information to candidates, all copyright acknowledgements are reproduced in the OCR Copyright Acknowledgements Booklet. This is produced for each series of examinations and is freely available to download from our public website (www.ocr.org.uk) after the live examination series.

If OCR has unwittingly failed to correctly acknowledge or clear any third-party content in this assessment material, OCR will be happy to correct its mistake at the earliest possible opportunity.

For queries or further information please contact The OCR Copyright Team, The Triangle Building, Shaftesbury Road, Cambridge CB2 8EA.

OCR is part of the Cambridge Assessment Group; Cambridge Assessment is the brand name of University of Cambridge Local Examinations Syndicate (UCLES), which is itself a department of the University of Cambridge.